

ein. § 1174 bestimmt nämlich: „Was jemand wissentlich zur Bewirkung einer unmöglichen oder unerlaubten Handlung gegeben hat, kann er nicht wieder zurückfordern. Inwiefern es der Fiskus einzuziehen berechtigt sei, bestimmen die politischen Verordnungen.“ Das letztere hat namentlich statt im Falle der Geschenkannahme in Amtssachen und Verführung zum Mißbrauch der Amtsgewalt.

Zur Befräftigung unserer Antwort auf die gestellte Frage erwähnen wir schließlich einen Fall sammt Entscheidung aus Bischof Dr. Müller's Morahwerk (Lib. II. T. II. § 107 n. 4. 2.) „Paulus, cum posset impedire furtum, pecunia accepta, ut taceret, id non impedivit. An pecuniam acceptam licite potest retinere? R. Aff., licet enim peccaverit tacendo, omissio tamen ipsius tamquam utilis alteri, erat pretio aestimabilis; quare pecuniam retinere potest, nisi et ipsa sit furtiva“.

Somit glauben wir gezeigt zu haben, daß die Ansicht, Galenus könne den empfangenen Lohn und somit auch Apollo die 50 fl. behalten, gewiß so probabel ist, daß sie der Beichtvater nicht zum Aufgeben derselben zwingen kann. Er kann ihnen zureden und anrathen dieses Geld in pias causas zu verwenden, darf aber dies nicht sub denegatione absolutionis befehlen. Wem diese unsere Antwort lag erscheinen sollte, dem geben wir zu erwägen, was der hl. Alphonsus sagt in Theol. mor. I. 83: „Nefas quidem est divinarum legum observantiam relaxare plus quam licet, sed non minus est malum, divinum jugum plus quam oportet durum aliis reddere“, und was er von sich selbst bekennet¹⁾: „So lange meine jetzige Ueberzeugung feststeht, werde ich zwar für meine Person mit Gottes Gnade mich bemühen, den Weg der größeren Vollkommenheit zu wandeln; alle Menschen jedoch verpflichten wollen, sich der Befolgung jeder der Freiheit günstigen Meinung, welche nicht moralisch gewiß ist, zu enthalten, und ihnen widrigenfalls die sacramentale Losprechung versagen, — das, glaube ich, kann mit gutem Gewissen nicht geschehen, so lange die Kirche keine Erklärung darüber abgibt.“

St. Florian.

Professor Josef Weiß.

IV. (Darf eine Katholikin in einem protestantischen Bethaus singen?) Francisca nobilis puella, mortuo patre, aere alieno gravata in tantam incidit paupertatem et miseriam, ut cogatur eleemosynas exquirere, et sic sustentare suam et matris infirmae vitam. Omni studio quaerit, num alicui arti vel officio operam dare possit et sua industria ac labore vitae suae et

¹⁾ Dell' uso moder. etc. c. 5. n. 25. pag. 260.

matris necessitatibus providere. Ab omnibus repulsam passa exquiritur tandem a ministro protestante, ut velit ad sonum organi dominicis diebus psalmos decantare in templo protestanti, tempore publicorum officiorum. Cum Francisca valde perita sit in arte musica et pulchra voce praedita sit, offertur ipsi pingue et extraordinarium omnino stipendium, quo solo posset deinceps simul cum matre decenti et convenienti statu vivere. Francisca fervens catholica est, et firmum habet propositum omnia catholicae religionis officia implere, immo etiam ut se praemuniat contra quodlibet periculum, proponit frequentius accedere ad sacram communionem et ferventius instare in quotidiana oratione, quam nunquam praetermittit. Nullum quidem dubium habet Francisca de liceitate rei: attamen quia timoratae conscientiae est, rem suo confessario manifestat, consilium ab eo petens, prompta potius pauperiem pati quam Deum offendere.

Quaer.: Quid ad casum?

R. Ad solutionem casus duo sunt inquirenda: Primum est, an liceat Franciscae acceptare officium cantatricis in templo protestanti. Alterum, quatenus negative priori quaesito sit respondendum, an confessarius possit et debeat veritatem manifestare suae poenitenti.

Jam vero ad primum quaesitum quod spectat respondendum omnino est negative. Id constat 1^o. Theologorum auctoritate. La-Croix l. 2. n. 67. haec habet: „Recte notat Less. non esse licitum in templis aut conviviis acatholicorum eorum psalmos simul canere; item non licere in eorum templis pulsare organum aut alia instrumenta, quia in his videtur esse publica approbatio, vel scandalosa communicatio in sacris.“ Philipp. de Carboneano in Appendice ad Tract. P. Antoine De Virt. Theol. part. 1. cap. 2. inquit: „Secundo, facto fidem negant, qui ea faciunt, quae ritum falsum sacrilegumque cultum comprobent, ratumque habeant. Id enim est fidem orthodoxam, quae haec damnat contemnere, falsamque Religionem opere profiteri. Ratum vero habent ritum falsumque cultum, qui in Schismaticorum, Haeticorum infideliumque templis organa vel alia instrumenta pulsent, metros canant aut concinendos componant, vel artem musicam alio modo exerceant.“ Kenrick Tr. 13. n. 37 loquens de templis haeticorum ait: „Qui in eis canunt hymnos, organa pulsent, praeconi respondent, plane cultus participes fiunt, ideoque fidem quodammodo produnt.“ Idem communiter docent Theologi alii recentiores. — Negativa responsio 2^o constat ex Instruct. Emi. Card. Vicarii pro Parochis Romae, Acta S. Sedis Vol. 11. pag. 173, 174. „Strictissime autem vetatur, ingredi merâ curiositate et scienter aulas et templa Protestantium tempore Colla-

tionum, et graviter peccant omnes, qui merâ curiositate Collationes Protestantium auscultant et adstant, quamvis materialiter, caeremoniis acatholicis, et omnes artifices, qui etiam sola lucri ratione cantant aut sonant in Protestantium templis.“ —

Probatur 3^o. ratione resolutio data. Etenim tunc illud licere posset Franciscæ, cum ejus cooperatio ad Protestanticum cultum esset materialis. Atqui ejus cooperatio est formalis eaque prorsus illicita est. Enimvero cooperatio formalis habetur, non solum cum quis explicitam intentionem habet ad pravam alterius actionem cooperandi, quatenus prava est; verum etiam cum quis, non obstante contraria intentione, opus aliquod exercet, quod intrinseca natura sua et attentis omnibus circumstantiis, ad pravam illam actionem unice directe seu immediate ordinatur. Tunc enim, uti patet, actu ipso exercito retrahatur prior intentio et intentio saltem implicita habetur illius pravae actionis.

Porro cantus Psalmorum in Ecclesia tempore publicorum officiorum actus est natura sua religiosus cultus externi. Ut ergo cantus Psalmorum in Ecclesia Catholica est actus externus cultus catholici, ita cantus Psalmorum in templo Protestanti actus est externus cultus Protestantici.

Praeterea attentis omnibus circumstantiis casus, quamvis nullum sit forte timendum scandalum pro Francisca, res tamen valde periculosa est, et scandalum certe adest aliorum, si in notitiam deveniant, uti facillima res est, Franciscæ catholicae cantantis in templo Protestanti. Ipsa insuper in causa erit cur et Protestantes animosiores fiant et facilius ac numerosius tum Protestantes tum etiam Fideles protestanticum templum adeant ad eam perite et suavi voce cantantem audiendam.

Ad alterum quaesitum quod attinet, confessarius aperte declarare potest et debet veritatem. Ratio est, quia interrogatur de veritate dicenda, et fructum prudenter diiudicare potest futurum ex eius monitione. Tales enim sunt Franciscæ bonae immo optimae dispositiones, ut nullam confessarius concipere possit suspicionem de malo exitu suae monitionis.

P. Icnarius Bucceroni S. J.,
Professor an der Gregorianischen Universität in Rom.

V. (Jubiläums-Almosen.) 1. Die Jubiläums-Bulle schreibt abweichend von den Bestimmungen für die letzten Jubiläen betreff des Almosens vor: „stipem aliquam pro sua quisque facultate“. Was ändert dieser neue Ausdruck an den seitherigen Jubiläumsbedingungen?